de Anglia per Innocencium papam III. in officio legationis c) destinatos fuit in coloniensem archiepiscopum consecratus. His igitur taliter gestis dictus Adolphus depositus apud Spiram d) in conventu regio per Philippum regem ibidem cum optimatibus regni e) celebrato comparens coram ipso Philippo rege sue f) depositionis sibi miserias g) patefecit. Cui idem Philippus rex comparens archiepiscopatum coloniensem hostiliter ingressus et omnia depopulans inter multas municiones captas cepit eciam oppidum Nussiense h) quod ipse i) dicto Adolpho deposito pro sue depositionis solacio assignavit k). In hac siquidem armorum expeditione [1] occurrerunt l) cum exercitu Philippo regi prefatus Otto suus in regno adversarius m) et cum ipso dictus Bruno IV. in coloniensem archiepiscopum iam promotus. Commisso autem inter ipsos bello iuxta Wassenbergh n) dicti rex Otto et Bruno archiepiscopus terga

cat. III. vertentes campum dimittunt ipseque Bruno archiepiscopus per Philippum regem capitur et tentus per annum unum in vinculis tandem per duos cardinales missos in Alemanniam o) pro pace inter dictos reges tractanda domino pape Roman p) restituitur et postea postea prefato Philippo rege per suos interfecto dictus Bruno reversus ad ecclesiam suam coloniensem est defunctus et sepultus ibidem in

ann. max. 1208. ecclesia s. Petri. Ea quoque tempestate castrum Landschron q) in episcopatu Coloniensi per Philippum regem supradictum ad oppressionem Coloniensis ecclesie fuit constructum, prout hec et alia hanc historiam r) contingencia in s) superioribus, scilicet in cronicis imperatorum sub temporibus dictorum Philippi II. et Ottonis IV. Romanorum regum plenius continentur.

[1] Proelium Wassenbergensi anno demum sequenti commissum est.

M.

r) In historia

Theodericus s') Coloniensis archiepiscopus XLVIII.

Quadragesimo octavo loco assumptus ad pontificatum Colonien-

cat. III. et baes. sis ecclesie Theodericus+ prius ecclesie sanctorum t) apostolorum

+ oriundus de Monte add. 5.

c) in legacionem officio 2. 3. d) Spyram 1. 2. e) regis 1. f) suo 3. g) mis. sibi 1. h) Nuciense 4. 4'. 4''. i) ipse deest 2. k) circa annos domini 1203 add. 4'. l) occurrunt 1. m) adv. in regno 2. n) Wassenberch 2. Wassenberg 3. o) Almaniam 1. 3. p) Romanam 3. q) Landzchrone 1. Landschroen 2. Lantzchroin 3. r) hystoriam 4. 4'. 4''. s) et 3. t) sanctorum deest 3.

s') primus add. 4. 4'. 4''.